



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

Gretser, Jacob

[München], 1613

* Embolum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

gustias tuæ à Deo protectæ bonitati innotuimus, Tu
verò excellentissime fili, & spiritalis compater, age &
libera post Dominum in te confugientes, ut fructum
bonum afferens in futuri examinis die merearis dice-
re: Domine meus princeps Apostolorum B. Petre,
ecce ego clientulus tuus, cursum consummans, fidem
tibi seruans, Ecclesiam à superna clementia tibi com-
mendatam de manibus persequentium defendens, li-
berauit, & assistens immaculatus coram te, offero tibi
pueros quos mihi commisisti, de manibus inimico-
rum eruendos, sospites atq; incolumes existentes:
tunc & in præsenti vita regni gubernacula tenens, eti-
am & in futuro sæculo cum Christo regnans, cælesti-
um præmiorum gaudia adipisci merearis, audiens ni-
mirum paternam desiderabilem vocem illam inqui-
entis: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod Matth. 25.
vobis præparatum est ab origine mundi. Incolumem excep-
lentiam tuam superna gratia custodiat.*

* Embolum.

* Opere namq; direximus ad vestram Christianis-
simam excellentiam præsentem nostrum missum Ge-
orgium reuerentissimum ac sanctissimum fratrem &
coëpiscopum nostrum, atque Warneharium religio-
sum Abbatem, missum vestrum, seu Thomaricum &
Comitem, magnificos item missos nostros, qui vobis
nostros omnes dolores & cunctas desolationes quas à
Langobardorum gente & eorum proteruo Rege passi-
sumus, & assiduè patimur, vobis subtili enarratione,
sicut propriis oculis viderunt, viua voce dicere.

H 2 debet

* Germani.
Vocant, ein
Eulag /
Vulgo erat
Postscri-
ptum.
* Oportet
negare

debeant, quibus & in omnibus tanquā nobis metipsis
credere lubeat Christianissima excellentia vestra, &
nostram liberationem nimis festinanter procurare.
Et coniuro te per Deum viuum & verum, à Deo pro-
teste fili & spiritalis compater, ut nequaquam amplius
discredas nostras afflictiones, & nullo modo negle-
ctum ponatis ad liberandum nos, ne, quod absit, si am-
plius credere distuleris, & neglexeris nos eruendum,
nobis, quod auertat diuinitas, intruat calamitas per-
eundi, & vobis pertineat ad magnum detrimentum &
peccatum atq; condemnationem, in præsenti & æter-
na vita: quia vobis animas omnium nostrum Roma-
norum tradimus, sed magis magisq; vt prælatum est,
coniuramus te à Deo seruare excellentissime fili & spi-
ritualis compater, per Patrem & Filium & Spiritum san-
ctum, Trinitatem induisam, vt nostras tribulationes
& angustias atq; dolores & desolationes credere lu-
beat sine qualibet ambiguitate, & nobis propter De-
um subuenire, & ad liberandum nos de manibus Lan-
gobardorum inimicorum nostrorum nimis festinan-
ter occurrere digneris, vt fructum afferens copiosum,
victor, intercedente B. Petro, super omnes barbaras
nationes efficiaris, & vitam æternam possideas. Præ-
fatus verò Warneharius Abbas pro amore B. Petri lo-
ricam se induens, per muros istius afflictæ Romanæ
ciuitatis die noctuq; vigilauit, & pro nostra omnium
Romanorum defensione atq; liberatione vt bo-
nus athleta Christi totis suis viribus
decertauit.



Item